Jus suum, sibi Recognoscentibus ad præmissa serviens in personam eiusdem Suprascripti Illustris et Magnifici Marschalci Curiæ Regni, vel in casu mortis ante expirationem inducciarum cum Magno Duce Moschoviæ ad Annos Tredecem factarum, successorum illius, totaliter et plenarie transtulerunt, transfuderunt, et incorporarunt, prout transferunt, transfundunt, et incorporant præsentibus; In quod quidem Jus præsens cessum, et Bona superius specificata præmissaque omnia per præsentes abcessa. Jam ex nunc et de facto suprascripti Recognoscentes. prædicto Illustri et Magnifico Cessionario suo, coram Officio præsenti dant et admittunt realem Intromissionem et actualem, pacificamque Possessionem, per Ministerialem quemcunque competentem et Nobiles duos, die quacunque voluerit officiose acceptandam. Per ipsum Illustrem et Magnificum Joannem Clementem Comitem in Ruszcza Curiæ Regni Marschalcum Cessionarium suum, vel in casu mortis illius ante expirationem induciarum cum Magno Duce Moschoviæ, ad Annos Tredecem factarum, Successores illius, hoc idem Jus præsens cessum, ac Bona memorata præmissaque omnia per præsentes transfusa cum Universis eorum utilitatibus et usufructibus competentiaque, et prærogativa quavis tenendi habendi et possidendi, illisque quiete et pacifice utifruendi, ac ad suos suorumque Successorum quosvis beneplacitos ususfructus, libere et effectualiter convertendi præfati Juris Originalis ea omnia latius in se complectentis, præsentisque cessi et transfusi Vigore.

Kulczycki Consorti Reformat

[illegible] Comparens personaliter coram Officio, et Actis præsentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Generosus Joannes Kulczycki sanus mente et corpore existens, a Terris, Districtibus, Juribus, Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo, præsenti

vero Castrensi Capitaneali Premysliensi Jurisdictioni quoad Actum hunc attinet, se cum Successoribus ac Bonis suis generaliter omnibus totaliter, et plenarie incorporando atque subiciendo palam, libere, publice, ac per expressis recognovit. Quia ipse Generoso Anna Chotecka Generosi Michaelis Chotecki, cum Generosa Marianna Strzycka Consorte ipsius Legitima procreata Filia, sui vero Recognoscentis Consorti Legitimae et ipsius Successoribus, Summam Sexcentorum Florenorum Polonicalium, ratione vero dotis et expeditionis post ipsam acceptae et in domum suam importatae, necnon aliam similem summam Sexcentorum Florenorum Polonicalium, ratione certi, veri, justi et liquidi dotalitii, in et super tota et integra medietate Bonorum suorum generaliter omnium haereditariorum et obligatoriorum, mobilium, et immobilium, summarumque quarumvis pecuniariarum, necnon auri, argenti, clenodiorum, unionum, margaretarum, vestium vestimentorum, stanni, aeris cupri, orichalci, pecorum pecudum, equorum equi[...], ac totius supellectilis domesticae, nunc habitae et imposterum habendae, dedit, dotavit, dotalitavit, inscripsit et reformavit. prout dat, dotat, dotalitat, inscribit et reformat praesentibus. per ipsam Generosam Annam Choteckam, sui Recognoscentis Consortem Legitimam, et ipsius Posteros. eandem medietatem Bonorum suorum, generaliter omnium, cum universis ipsorum utilitatibus, et usufructibus, competentiaque et praerogativa quavis tenendi, habendi et possidendi, illisque quiete et pacifice utifruendi, ac ad usus suas et suorum Successorum quosvis beneplacitos libere et effectualiter convertendi vigore ac more aliarum Reformationum hactenus et diutius in Regno Poloniae observari solitarum. Et in continenti coram eodem Officio, et Actis praesentibus,

Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus persona-
liter comparens Generosus Stephanus Kulczycki, supra-
scripti Generosi Ioannis Kulczycki Inscribentis Parens,
sanus mente et corpore existens, a Terris, Districtibus,
Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibusuis proprijs et com-
petentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capitane-
ali Premysliensi Iurisdictioni quoad Actum hunc atti-
net, se cum Successoribus ac Bonis suis generaliter omnibus
totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo, pa-
lam, libere, publice, ac per expressum recognouit. Quia ipse
Super supra scriptam Inscriptionem Reformatoriam, per
praefatum Generosum Filium suum Consorti suae inscriptam
approbat, et super eandem consentit. Ita quae sua praesen-
ti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Kulczyckie Coniuges mutuam Aduitalitatem sibi inscribunt

Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesentibus
764 Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus Generosi
Ioannes Kulczycki ab vna, et Anna Chotecka, Generosi Mi-
chaelis Chotecki cum Generosa Marianna Vstrzycka Consor-
te ipsius legitima, procreata Filia, Coniuges legitimi, partibus
ab altera, sanimentibus et corporibus existentes, a Terris,
Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibusuis
proprijs et competentibus recedendo, praesenti vero
Castrensi Capitaneali Premysliensi Iurisdictioni quo-
ad Actum hunc attinet, se cum Successoribus ac Bo-
nis suis generaliter omnibus, totaliter et plenarie in-
corporando atque subijciendo, palam libere, publice,
ac per expressum recognouerunt, et quilibet illorum seor-
sim suo pro interesse recognouit. Quia ipsi et principue.